

RMIr.

482.


CAROLO SCHRETTNER.

A Q U I L A.

1677.


Area 15 River

Traboban river



TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007



AQUILA Regiarum Virtutum Hieroglyphicum,

HONORIBUS
REVERENDORUM, NOBI-
LIUM, AC ERUDITORUM
DOMINORUM,

Dominicum

Prima AA. LL. & Philosophia
Laurea, in Alma Universitate Tyrnaviensis.

A
REVERENDO PATRE
CAROLO SCHRETTER

Socieatis JESU, AA. LL. & PHILOSO-
PHIE Doctore, ejusdemq; Professore Ordina-
rio solenni ritu condecorarentur,

EXHIBITA
A Pranobili Humanitate ejusdem Universita-
tis, Auno M. DC. LXXVII. Mense Mayo,
Die 13.

TYRNAVIAE Typis ACADEMICIS.
Excusu per MATTHIAM RIETMILLER, AÑO 1677.



AQUILA

Regiarum Virtutum Hieroglyphicum,

HONORIBUS
REVERENDORUM, NOBI-
LIUM, AC ERUDITORUM
DOMINORUM,

D U M

Primâ AA. LL. & Philosophia
Laureâ, in Alma Universitate Tyrnaviensi

A
REVERENDO PATRE
CAROLO SCHRETTER

Socieatis JESU, AA. LL. & PHILOSO-
PHIE Doctore, ejusdemq; Professore Ordina-
rio solenni ritu condecorarentur,

EXHIBITA

A Pranobili Humanitate ejusdem Universita-
tis, Anno M. DC. LXXVII. Mense Mayo,
Die 13.

TYRNAVIAE Typis ACADEMICIS.
Excusū per MATTHIAM RIETMILLER, AÑO 1677.

AD REVERENDOS, NOBILES, AC
ERUDITOS DD.

NEO-BACCALAUREOS.

Salvete Veloces Aquila; quibus hodie
diviniores lauros prouida Mater ape-
ravit Sapientia. Salvete Reges, qui-
bus purpuram non avita Majorum
jura, imbelli successione; sed meliore sorte generosa
virtutis ponderatrix transcripsit Philosophia. Sal-
vete in utroq; Cesares, sive dum alta nubium pura
lucis avida virtus vestra supergreditur, ibi suarum
periculum facitura virium, ubi aliis vecors ignavia
imbellem metam circumscriptis laborum; sive dum
secretiora mundialis machine arguto rimamini cir-
cino, & impervia oculis eterneq; inseputa nocti luce
donatis Sapientia, Regias vos esse Aquilas testimoni.
Aquilinum est, Solem è proximo salutare, vel in-
ter fulmina improbo conatu ad purum atque evola-
re fulgorem. Aquilinū est, acutum cernere, & quod
invida Maris profunditas secreto sinu occulvit, vel
ex altissimis nubibus acie hand dubiā oculorum per-
tingere. Innata nempe vel implumbibus Aquilis Ma-
jestas est, in altissimis nata jam tunc ima despiciunt,
nec maternos ungues vix dum nata expavescit gene-
rotitas, quibus subiectur in experimentum non spuria
A MAGI. TUD. ACADEMIA

VIGYÁZÓ FERENC
KÖNYVTÁRA
4259.

virtu-

virtutis firmo obtutu innubem Solem contemplari.
Vestra hac virtus est D. D. Neo-Baccalaurei, altis-
simis jam olim sapientia cunis excepti supra vulgus
sapere didictis. Et probati ad Calentioris solis ra-
dios genuinam vos Sapientia Sobolem Inculentō pro-
batis testimonio. Virtutum igitur Vestrum adum-
bratricem Aquilam offerimus, in qua Sapientia le-
gatis apophthegmata, Omnibus quidem, vobis ta-
men optimè utpote Neo-Laureatis Sapientibus ac-
commoda. Aquila avis Regia est; Philosophi aut Re-
ges sunt, aut Regum Magistri. Nec unquam felicis
regnatur, quam Manuductrice Philosophi. Hac
prudentiam in agendis, providentiam in avertendis,
benignitatem in miseros, affabilitatem in omnes pre-
scribit: ut verum, imo verissimum sit illud: Felix
Regnum, in quo Philosophi regnant, & Re-
ges Philosophantur. Volate igitur Veloces A-
quila, regnate Reges Philosophi, & ita medijs hono-
rum adoratis Lauros vestras instituite, ut sub his
quondam Patria Vestra requiescat in Pace.

Honoribus Vestris

Addicissima

Humanitas Tyrnaviensis.



A 2

AQUI.

A Q U I L A REGINA VOLUCRUM.

Necessitas unius Regis.

*Non bona multorum Dominatio: unus Dominus,
unus Rex.* Home: Iliad. 2.



Ugusta Regnorum moles Argo-
navis est,
Peritiori Tiphys solertiâ gubernanda.

Vel certè,

Compages est Corporis,
Quæ validiore altrice vi, & nexus Principe firmatur;

In putrem alioquin diffluxura tabem.

Nunquam diu lauro locuples consisteret Respublica,
Communi nisi vertici, Regum operâ adolesceret,

Dum privato insudat labor Municipum.

Sua à radice animatur furculus.

Nec pluribus perennat à centris peripheria.
Quæ natura docuit uno corpus animari spiritu,

Uno fibras vegetari corde;

Eadem confociatae multitudini unum præfecit,
A quo non recesseris, nili accessurus malo publico.
Unitate siquidem vulgi efficax stabilitur utilitas;

In eo fundata, quod per se unum est.

Diverso calle, cùm eundē graditur ad finem populū,
Normâ regenda studiorum est diversitas.

Odia cæteroquin, clades, tyrannis, & sexcēta alia
oritura;

Cùm plures virtuti incumbunt in publicum, acriores
suorum sensuum Vindices.

Unum entium Majestate primum, mundiali fabricæ
præsidet;

Felici cujus gubernio, nativo in centro librata con-
sistunt corpora.

Nufra-

Naufragij nempe argumentum est Navarchorum
pluralitas,

Nec auspicijs Portumni beanda;
Dum gubernaculo mentis excussa, sententiarum
repugnantiâ,

In altum abripitur, syrtibus infligenda.

Vicinus melior est naturæ cultus;

Cujus cùm lineamenta imitatur, ancupatur perenni-
Tot ille felicitatis filios, quot numerat sectarios. (tatē.
Suus hoc à Phydia obeliscus Zeuxidi, effictus est
pampinus.

Suum formata Parrhalio monimentum linteā.
Nec dispari ductu censenda est Respublica, quæ com-
mensuratur amissi universi.

Vernant palmæ, carent Narcissi, rubet Adonis;
Subrahe agnatam cum natura, folio affinitatem;
Rege m Lacedœmoniis, Dictatorem Latij, Athenis
Sophum, Carthagini Judicem,
Et palmis viorem, candorem Narcissis, Adonidi pur-
oram ademisti.

Usq; adeò vivacem Magistratum florem
Inconsulta crebriùs arbitrorū multitudo fecit mar-
Unus aut raro, aut nunquam. (cescere.

A fonte dulces petuntur aquæ;
Quid quid turbationis est, in rivis deprehenditur.
Et quando salubre judicium ferendum, ad ipsam re-
currendum est scaturiginem.

Non artifice opus est,
Ut discorde à stylo passu volvantur orbitæ.

Plebis vitium est in avia mentis dilabi;
Quam non succollaverint nisi Atlantis humeri.

Patebūt semper infeliciter consumata vulgi consilia,
Ubi libero animorum sensu agitatis,

Non frānum iniicit arbitra prudentia Principis.
Et felix solum, horrescit in deserta,

Impenso si operæ pretio destituantur.

Non inficiar, A 3 Quēis

(3)

Quēis ad honoris provehantur fastigia,
Principum sunt effeda vulgares animi;
Sed quorū sangvis in om̄ē licentia bullit effrenius,
Nisi ab ortu alij mancipati potestati parere didicerint
non imperitare.

Quoties se se communī felicitati objicit scopulum
Anarchia?

Quam in syrtem impacta,
Non potuit non dissolutas inter tabulas se naufragā
colligere.

Velificaturus in fortunatas insulas Palinuri eget.

Nec nisi Ductore Hercule,
Vindicatis devicti hostis prælio, exuvij amicuntur
phalangum humeri.

Ante lignano sine Hectore

Inhabiles ad laureas & triumphos entriuntur Dar-
Nempe Dux nobis & Author opus est; dani.
Cujus sine ductu, etiam lauretum in Cupressum pro-
tuberabit.

Pretiosæ sunt Cœli dotes architecto D E O stellæ ef-
figiatæ,

Sed domesticâ lucis pauperie aureum in vultum non
transfunt,

Augustali nisi solis jubare illustrentur.

Ad Cimmerias quippe damnata tenebras astro-
rum acies,

In noctis ocellos accenditur à syderum Principe.
Et sublunaria supernis mancipantur corporibus,
Quorum munifico exortu, aquæ, terræque abdita
arcano animantur vigore.

Aërearum rebellionum infestatur tumultu inferioris
regionis indigena.

Innubi cum Sole s̄avientes ridet tempestates Empy-
rei accola.

Mancipialis sortis est pavor.

Metuit gregalibus laceſſere technis Imperium, quod
se vulgari forti non miscet,

Sed

(4)

Sed in regijs suo cum Principe graditut.
Infra solarem regiam peragitur, quid quid etiam san-
gvinæ grandinis fit.

Ut cùm in chaos aguntur sublunaria, caliginis expers
Iterum orbi Rex illuceat serenitatis bajulus. (sol,

Quæ, cui pāreat caput habet, Res publica,
Suo in eo tanquam folio gravi Majestate hospitatur.

Aspernatur quidquid jurgij, quidquid tumultus,
quidquid cladis,

Quidquid hostilis ferociæ.

Sapienti nempe in capite,
Sociatæ multitudini, in Rege felicitas est.

Et certè;

Vitiosæ naturæ simulacrum, acephalus partus;

Sociata sine Principe multitudo, Monstrum est.
Tantò deformius, quantò communi à naturæ ductu
abest longius.

Suum Lunæ noctis est imperium.

Largiori naturæ alveo infusa indoles, Leonē quadru-
Jussit Principem. (pedum

Et sua pennigeræ animanti Regina Aquila est.

Hymetti Civibus suus Dictator apiculis.

Nec prolixius sine duce gruib⁹ est per inane remigij.
Tumulatur regeſta ab Offa ſceptri Jovialis impatiens
Enceladus.

Nempe & Amyntâ adempto

Patent ferarum rictui in avia dilapsi greges.

Illa æternæ veritatis affertio:

Ubi non est gubernatio dissipabitur populus.

Tu est. Imperia dividi nescia (si Antigono creditur:) arrogantium discreta ambitu, in regalium
muſiū minū exceditū ipso ferens accersunt ſecula
divisu. Unita virtus fortior diſpersa, stagyræ est.

Illa validas in perennem municipum incolumentatem
erigit Republicas, hæc opprinat; illa firmat, hac ener-

A 4

vat.

vat. Nec unum Atrei, ut Tityesta frontem ambit diametra. Nec plurium Eteoclis & Polynicus amicit humeros regalis purpura. Quos valla Istrorum abeuntis in rivulos remorantur, flumina damaeo excipiunt. Curionum semper perniciosa Curiis pluralitas est, Judicium Tribunalibus. Patitur tum ratio, aliena quando ambientium despiciat authoritas, sententia suffragatur, non equitati. Nec Celi bino solis illustrantur jubare, nisi in sublunarium excidium. Hyades tempestatis praesagia conspicuntur. Uno Caelum seu Atlante, seu Hercule inconcussè succollatur. Ipsa multiformium artuum humanae motis respublica, uno recta principe spiritu, felicitatis filia est. Et auctoritatem illa Imperia, in rerum dominantur precipua, quae unius sapiente pendent ab arbitrio. Id quod symbolo representamus. Argonautum pingimus, Tiphys gubernaculo adverso ponto fortunata Colchida deproperantem; Cujus limbus hanc excepit Epigraphem.

Placitas non pluribus oras recta feror.

Puppis in Aegas per Nerea labitur oras,
Velleris auratae bajula di ves ovis.
Carpit iter remo; Argivum volat acta lacerto,
Astupet indemnem Nereos unda ratim.
Argolidæ pæana canunt Heroes in undis,
Et mare festivis personat omne tubis.
Aëra demulcens pandit carchesia Tiphys,
Nec subit affinis nænia, dulce melos.
Lenè fluunt hilares pacati tergore ponti,
Ludit adoptatis Æolus ipse flabris.
Fluxa quies pelagi! semperq; infida profundi
Temperies! modico mota furore perit.
Ecce per aduersum rapitur, trabis incola, pontum,
Scissilis allisâ prora feritur aquâ.
Euris vela tument, sinuoso vortice fluctus,
Argo navifragis itquè reditque Notis.

Ardua

Ardua jam tumidis, pressis petit ima procellis,
Jaestatur dubijs fluctua Cymba vijs.
Nec tamen incerto fit naufraga præda profundo,
Littus adit, Tiphys salva carina manu.
Fortunata manus! felix discrimine tanto,
Cessit cui fulvam barbara Cholchis ovem.
Scilicet unius multi ut virtute parantur,
Unius Imperium sic juvat ore regi.

LE OPOLDO I. Regi Hungariæ.

Non Phœbe pulli dubia fons luce Olympi,
Oebalij dominas
Binis habenas Imperij
Diminuit loris. Fraterno Roma cruento
Immaduit, geminas
Exosa Regum purpuras.
Nec solium, nec sceptra ferunt Pagasæ secundum,
Troglokitumq; truci
Populata cristas Artace
Ut posuit ferro. Vittrice cohorte triumphos
Confœctas Latios,
Inimica busta Dardanum;
Non numero, densaq; virum monumenta catervæ,
Hectoribus statue
Merita trophae gloriae.
Stant Decio, stant tuta suo duce bella Metello;
Austriadumq; viret
Virtute laurus Pannoni.
Ogygius LEOPOLDE tuus infringit ar armis,
Atquè minor postâ
Cervice Dacus, & Getes,
Et perjura Cypros, quemque alto Bosporus amme
Thraca tegit, tumido
Cruore campos polluit
Turpe gemens. Scythicas cogis cum clade phalangas,
Bellag, Bistonium
Æmumq; super, & Ismarum;

Et dominus oreris Phabus LEOPOLDE tiaris,
Occiduumq; diem
Hunnis reiectas fascibus.

ZELUS RELIGIONIS.

Pullos (:Aquila:) cogit adversos intueri Solis radios, conniventes humectatesq; præcipitat è nido. Plin. Lib. 10. Cap. 3.

Princeps Deicola debet esse : quia minus timent homines injustum à Principe, si Deicolam ipsum putent esse Arist. Lib. 5. Politic :


Pinionum discrimen animorum
diffidia,
Religionis diversitas discordem gene-
rat Rempublicam.
Illô, damnosa in dies peritia,
Hac tricennalis Imperialium bellorum tumultus
Regna crudit.

Erinnyos hac è semente cadmea pullulat progenies.
Magnetis sortita indolè, quâ graditur ferrû attrahit.

Nunquam felix nisi alienis ærumnis opulenta,
Læta nunquam, nisi impendio sanguinis terræ facies
tabeat luctuosior.

Eris hæc non raro imperiali malo malorum circum-
scribit iliadem.

Purissimo in fidei lumine caligans, à sole justitiæ ab-
errat longius.

Vitiatus quippe maligni humore oculus, tantæ im-
par est Majestati;

Nec apricatur in publico,

Quam ubivis noctis partus comitatur mendacium,
stipat calliditas, & assentatio.

Et sane,

Nisi amplum involuti astus syrma induat,
Vel ab ipsa lucis filia veri libertate, æternis mancipa-
tur tenebris.

Habent

Et (7) 200
Habent nempe suos, Sirenes Ulysses, Centauri Her-
cules, Pythones Apollines. (tio.
Felix ille Princeps, cui ipsa Religio imperij est obliga-
Hæc stabilita imperia fortunatum sortiuntur Reipub-
licæ gubernium.

Quo arma porrigit, lauros metunt.

Nunquam non DEI, ac honori Ecclesiæ bella sunt
prospera.

Nec de palma ambigit, cui commilito Religio est.

Hujus uno cum decet titulo bellare Principem,
Victoria non ducenda est, nisi DEI sit triumphus.
Ea Imperij laus maxima, avitâ ferro tueri Religionē.
Nec erubescit purpura augustiùs, quam inimico Or-
thodoxæ, cruore tintæ.

Tantâ quidem parsimoniam vitiosum ut medicus
imminuere,

Non pardus censeatur hautire.

Et gubernandi ratio optima, subditos unius cultus
limite definire.

Dolosè enim hæresis in tutelam sui inflammat animos,
Et ambitio nil sinit reliquum.

Habet illa hoc cum vaporibus commune, (at;
Quod, utq; isolari vi in sublime evecti origine sapi-
Et coaliti in nubes, fulminū conspicantur vulcaniæ.

Ut spurium abominatur,

Cujus in vultu avitam non legit tesseram, cruem.

Liberalior in suos, talentis Circes dotat,
Quæs maligno cum sanguine, vitiosos adeò trans-
fundit spiritus,

Sinonis ut è genere progenitos ambigat nemo.
Orbi constat,

Nativam hæresi Regnorum inquietudinem.
Eaq; odia gravissima, quæ ortum trahunt è cultus
dissensi.

Serpantino in pectora non degener Machiavelli cli-
ens affectus promit,

Ut vulneret. Amicas

42(9)20

Amicas aperit in cilijs Irides, ut incatum fulminet.
 Uno hoc jurato veritatis hoste,
 Christiani Orbis columen, cor Regnorum, Gentium
 Hungaria, (Domina
 Facta hosti est in tributum.
 Ea hujus incolæ injuria in fasces natura est;
 A qua tot illustrium majorum decora mendacij te-
 nebris offusa,
 In aureum generis Meridiem nunquam effulgent.
 Cæca prosapia est, cui Religionis pupilla obtenebratur:
 Præcipito proxima,
 Quo etiam coronati vertices tumulantur.
 Nulla tutò inclaret Majestas, quæ non accenditur ad
 fidei lampadem.
 Illa honoris flamma potentissima, quæ ab Empyreo
 ortum trahit.
 Ad solis rotam Prometheus properat, satuas terræ
 faces deditius.
 Et Aventinus gentibus asylum est;
 Jovi sinus Domitiano quietis portus ac felicitatis.
 Nec nisi ab Aurora immortalitatis sortitur nomen
 Tithonus;
 Triumphales laureas à Palladio Argivi, Phryges cu-
 Pernicosa nempe agno cum lupo societas; (pressos.
 Juratum lucis cum tenebris odium.
 Peripateos scitum est;
 Contraria non eodem in subiecto hospitari, nisi in
 alterutrius decrementum.
 Amaricatus selle favus exacerbat, non delinit palatū.
 Est oculorū illiciū suo in amictū comptu diversitas;
 Apellis naturæ suo in colorū Protheo manus artifex;
 Et homo DEI formis imago heterogeneis construitur
 elementis.
 Quæ temporum varietas annum conficit orbis anno-
 Illud veritatis est: (naria est.
 Statuum discrimina Regnorum esse stabilimenta;
 Bono publico minùs pro futura, Si o-

Sceptra nec instabilis, per secula proteret ætas,
 Sit licet in festo concitet atra Noto.

Stabunt fixa sibi tumidis metuenda Dynastis;
 Relligio Clypeus, valla, bipennis erit

LEOPOLDO propugnatori fidei.

*Naufragato milite cingitur,
 Nec sorte fausta prælia Martius
 Molitur ardor, ac in hostes
 Invalidas glomerat catervas*

*Rèdo sceptri: si superis bonos,
 Ab una templis Relligio fremat;
 Deti Si lege Numen dissidente
 Ambitio malefana temnat*

*Et a vulgi. Fabula seculi
 superbum concidit Ilion,
 N Ut spreta Grajorum per arceis
 Sacra suis periære fanis.*

*Tum supinat; vel Babylonia
 In a Immitiores sub lupatos
 Læsc Marmaricà feritate ducit.
 Avit spicari sacrilega allubet,*

*Ocular figuratrix impietas, sacra
 Abiect. In fana, detorques trifulca,
 Et nocuis cinerat favillæ.*

*Qui (:patentes despice Carpatho
 Optimi arceis:) manibus, oppidis,
 Aut obligatis sanguisuga*

*Nempe Danubius famulatur undæ.
 Imò en sepultum post nigra nubila
 rvi, clarius expedit*

*Frontis serenata theatrum;
 Si exper Atque tuo LEOPOLDE zelo,
 orbem præcipitem dedit*

*Nequit ror latebris, Relligio diem,
 Fucenque veri gloriosâ*

Panomibus revehis quadriga.

(9) 200

Amicas aperit in cilijs Irides, ut incautum fulminet.
Uno hoc jurato veritatis hoste,
Christiani Orbis columen, cor Regnorum, Gentium
Hungaria, (Domina
Facta hosti est in tributum.
Ea hujus incolæ injuriosa in fasces natura est;
A qua tot illustrum majorum decora mendacij te-
nebris offusa,
In aureum generis Meridiem nunquam effulgent
Cæca prosapia est, cui Religionis pupilla obtenebra*ij*
Præcipitio proxima,
Quo etiam coronati vertices tumulantur. *lat.*
Nulla tutò inclaret Majestas, quæ non accendit *cat.*
fidei lampadem. *queæ*
Illa honoris flamma potentissima, quæ ab Em*uam*
ortum trahit. *i, tot*
Ad solis rotam Prometheus properat, fatuas *on in*
faces dignatus. *eges,*
Et Aventinus gentibus asylum est; *ac in*
Jovis finus Domitiano quietis portus ac felic*eligo*
Nec nisi ab Aurora immortalitatis sortitur *, pa-*
Tithonus; *nam,*
Triumphales laureas à Palladio Argivi, Phry*t am-*
Pernicosa nempe agno cum lupo societas; *).*
Juratum lucis cum tenebris odium. *).*
Peripeteos scitum est;
Contraria non eodem in subiecto hospitar. *um.*
alterutrius decrementum.
Amaricatus selle favus exacerbat, non delini*scitum*
Est oculorū illiciū suo in amictū comptu*d*
Apellis naturæ suo in colorū Protheo manu
Et homo DEI formis imago heterogeneis c*scitum*
elementis.
Quæ temporum varietas annum conficit o*scitum*
Illud veritatis est:
Statuum discrimina Regnorum esse stab Sceptra
Bono publico minùs pro futura,

(12) 200

Sceptra nec instabilis, per secula proteret ætas,
Sit licet in seculo concitet atra Nota.
Stabunt fixa sibi tumidis metuenda Dynastis;
Relligio Clypeus, valla, bipennis erit
LEOPOLDO propugnatori fidei.
Nauspicato milite cingitur,
Nec sorte fausta prælia Martius
Molitur ardor, ac in hostes
Invalidas glomerat catervas
Libido sceptri: si superis bonos,
Non una templis Relligio fremat;
Si lege Numen dissidente
Ambitio malefana temnat
Per ora vulgi. Fabula saculi
Ferro superbum concidit Ilion,
Ut spreta Grajorum per arceis
Sacra suis periere fants.
Subite mecum, quos Mareotica
Ritus supinat; vel Babylonica
Immitiores sub lupatos
Marmaricæ feritate ducis.
Hic conficeri sacrilega allubet,
Quæ fulguratrix impietas, sacra
In fana, detorquet trifulca,
Et nocuit cinerat favillæ.
Non sic (patentes despice Carpatho
Urbeis & arceis:) monibus, oppidis,
Aut obligati sanguisuga
Danubius famulatur undus.
Jam desepultum post nigra nubila
Feralis avi, clarius expedit
Frontis serenata theatrum;
Atque tuo LEOPOLDE zelo,
Læd per orbem præcipitem dedit
Quem error latebris, Relligio diem,
Facenque veri gloriosâ
Panonibus revehit quadriga. JU-

(13)

JUSTITIA, & CLEMENTIA.

Armigera (: Aquila:) Jovis. Libr. X.
Cap. 4. Plin.

*Ille Republicæ status optabilis & firmus est, in quo
Justitia, & Clementia videntur. Polyb. lib. 9.*

 Idei proprium est non turbari,
Non discordibus armis scindi Regum
Justitiae.

Suum cuique, cum tribuat, ad aliena vi-
am præcludit;

Ad quæ si pateat aditus, patet in ruinâ
Regnum.

Ampla ambientibus, sua singulis sunt exigua.

Pronum vicinæ est invidere felicitati;
Quam seu vi, seu fraude, iniqua aviditas assequi im-
patiens,

Fames nisi cæde, ambitionis æstus sanguine Civium
refederit.

Sed & plerumq; cruento dum potu mederi tentat fe-
bri, animum exasperat,

Quâ pulcherrimū Republicæ corpus in tabē solvitur.
Sana subditorum conditio, regentis est æquitas.

Hæc ubi exultat;

Prima Regi à sanguine Civium consanguinea gloria,
suprema à Tyrannide Majestas.

Proscripta virtus, honoratum vitium, vinculata in-
nocentia,

Voluptas libera, relegata modestia, coronata licetia est.
Hæc cum Princeps pravi licentiam non eliminat, su-
am facit.

Non gladij, sed vibrantis est interemisse.

Incuria Tiphys classis naufragatur, nō operâ remigū.
Ægrotat Imperium ægro Imperatore, affecto capite

membra.

Lues maligna municipis privato officit, omnibus
malum Principis.

Audet

(14)

Audent plurima, quibus peccandi immunitatem
Regis fecit exemplum.

Illiœ actio, norma vita est subditorum.

Quos aulis parit stemmatis Majestas, vix illuſtrissimi
futuri sunt,

Nisi cum sole Justitiae Cœlum inambulent.

Ingentes enim dū spiritus cum sanguine genus com-

Nunquam satiat habendi felicitas. (municat,
Quæ sceptræ concepit iniquitas, ferro enititur ambi-
tio, obstetricie Tyrannide.

Est fato quodam Regibus illigata conditio;
Evehi ad foliū ruinâ aliorū, ad purpuram per cædē.
Ignis sortiti indolē, cujus vis angusto arctari nescia,
Naturæ prærogativâ ruptis repagulis in sublimè elab-
orat.

Suspicitur solium, quod æquitate tenetur, clemen-
tiā stabilitur.

Quam ambit clementia, Regum adorarur Majestas,
viger obsequendi studium.

Grassante Principis inter ministros iniquitate saluta-
rior Justitiae rigor est,

Sua Regum ut decernendis in errata supplicijs pote-
tas formidetur.

Illa probatur æqui severitas, quam attemperat leni-
tas supplicij,

Ut quæ cum tempore in valuere, cum tempore ener-

Imperitus medicus præcipitat medicinā. (vétur.
Laxatus diutinè arcus, moderate intenditur, impetu
frangitur.

Prævio nubium murmure fulmen elidit Juppiter,
Cuius afflato percellit multos, paucos iactu exanimat.

Illiœ armiger Princeps est, vim habeat fulminum.

Minæ præcedant poenam;

Eo quidem moderamine, ne facultatis feriendi noxi-
os, sint imminutio.

Hostilis siquidē roboris augmentū præmonitio est.

B

Exeren-

Exerenda potestas, utilitatis legibus sit definita.

Illa semper periculosa gubernandi ratio,

Quæ imperij licentiam non bono publico, sed autho-
ritatis jure constringit.

~~Metus~~ Jovem delinit; nec nisi DEorum ferit consilio.

Sola enim plerumq; in Regni jura, injuria authoritas,

Juris vindicem nanciscitur rebellionem.

Et quæ metu statuum aucupabatur securitatem, fu-
roris meta decernitur.

Caput petitur, suo ut robur inesse corpori perséfcat.

Periculose nempe pœnali fræno potente coërcueris;
Nisi viribus præstes, exasperas.

Ipsaq; medela pœnæ, furoris degenerat in incentivū.

Subsidet simulatâ sanitati malum, ut recrudefacat
cicatrix periculosior.

Et vindicta metu in latibulum conjecta, technas stru-
it, aut vires instaurat.

Violenti seu gloriæ, seu norninis partus, diuturnitatē
non habent:

Nimirum maris indolem indepta est Respublica.

Leviore auræ sibilo crispatur in jocos, Euris commo-
vetur in æstum.

Et præstet licet rigoris lenitas;

Ut difficilibus morbis, sic gravibus delictis acriora ex-
pediunt remedia.

Rarò enim felix venia eventus est.

Unum, gradus est ad scelus alterum,

Capax est sceleris, qui scelus patravit.

Venam proinde incidat, quam obliget Justitia.

Tum coguntur in cædes Principes, mali ubi acerbitas
aspernatur Clementiam;

Ac in ægros benefici sunt

Tabida cùm in mēbra desæviunt acrius ad remediu.

Laudem aloquin non virtutis, sed crimen habent
crudelitatis.

Accrescit dolorum acerbitas, incauta medela.

Amuleti

Amuleti nomen perdit, quod vis extorquet;

Danda venia est raris lapidibus.

Culpa agnitione ventrix lit gratiae.

Vindictæ pars maxima est sceleris commissi dolor.

Nec reus quoquā gravius afficitur.

Ut tortor absit, ipse sibi Carnifex est, ipse Nemesis.

Non expedit quidem cunctis reis venia, nec capitis
damnare cunctos;

Pauci luant, multi ut relipiscant.

Hæc clemens æquitas est.

Imperij magna felicitas est à Clementia, & justia
ria. Illa animorum praedatrix, omnium in Prin-
cipem innocuis amores eripit prestigiis: ista nulli
non rigore aspera timorem iniicit. Ultraq; aufig-
cata potissimum natanti Republica Sydera, Castor &
Pollux. Magna magnis adjumenta. Gemini hoc in car-
dine Curiarum voluntur momenta. Gemino aci tabi-
le inuititur pomum Imperij. Nec militum feruor, nec
legionum alacritas perinde firma tutanda Patria moni-
menta statuit, ac Clementia, & aequitas. Harum gratia
ne compages Regnorū perennant. Hoc Palladio prætenso,
pluribus iam seculis, coronis, ac sceptris inchytorum
Austria Principum adversus factioſa Primorium stu-
dia, ac ſciſſa in partes popularium ſenſa fulminea lido-
ris acie immunitis ſalut pergitit. Plus euidem in ten-
tate, quærigore ſiftit gubernium; cui ſiftentando ima-
par Atlas eft sine Hercule; nec niſi Amphionis lenocinio
efferati, rigentesq; ferociâ ad frigem ticerantur animi
ſoli Arioni natantium belliarum monſtris Delphini
infidere conceſſum. Lenè quandoq; objequendum agri-
tudini, ut medela pareat. Non omnis patiens violentia.
Duriora corpora reflectuntur emollita. Illata vis, in plures
cogit partes. Non eodem omnes palato ſunt Genij, hos
acrita, illos dulcia pellicunt. Nec ingenio Ulyſſes teſtus;
Ajax nudus illi probariſſ facilis, vuit minimi. Plures
Ulyſſes numeraverū, quam Ajaces. Et certe in fontes
fulmi-

Anosum Regni servant moderata Vigorem;
Tutus honor medio tramite carpit iter.

LEOPOLDO Justo, ac Clementi.

Quisquis rotata prospèrā sortis vice
Illisus Ostris, Imperi

Gentes habentis creditas, famulo jugo
Dominisq; frānat nutibus;

Ambita lege Regna ne nimius furor
Rigorquē Cives asperet

Formidet Argus. Nulla nimbofis diu
Sævire dirūm nubibus

Et visa Plejas. Triste nec sēmper polo
Torquere fulmen Juppiter.

Medea rupes, liquit & tandem suus
Dolor Thyesten. Parthico

Lenita tigris mitius ritu furit;
Cedunt amori vulnera.

Qua iussa dictant obsequi, Civi lubet
Populoquē, miti Principi;

Seu per feroce Balthici Clases freti
Seu cruda Thracum fulmina.

Tue hæc corona gloriae, hoc decus tuum
Leopolde gemma Cœsarum.

Amore Regna stabili, & animos rapis
Æqui rigore. Te sacros

Tenente fasces, Imperi leges vigent.
Reique jura publica.

Non jam fugace curia cursu, petet
Astra rursus aethera.

PROVIDENTIA.

De longo oculi ejus (:Aquilæ:) prospiciunt

Job. 39.

Optimus quisq; Princeps enī debet, ut post se quoq;
Reipublīca profit. Plin. junior in paneg:

B 3

Aqui-

(172) 96

fulminare supplicium, ac Justitia ad aris ultrice ferro
technarum architectrices permere victimas, citra Ju-
nonis odium; Gallicani Herculis ad invidiam, non bul-
lientis in violenta est sanguinis herorum Principium.
Neq; ille Chiron, qui plures accidit tibias. Principem
clementem amamus, & justum veneramur. Periculoso-
sus semper sine lenitatis lege est rigor. In perduellionis
fœdus facile coitur, Clementia ubi spes omnis admittur.
Nempe fulmina cum populi accenduntur in excidium,
proprios in casus ardenti. Temerarij potissimum lucis
ejectione percusse vapulant oculorum orbita. Supernæ
illud est indolis gubernium, quā dexterā propitiis caloribus
in sublunarum incrementa solis explicat radios,
eadem trifulca inflammat in excidium. Etesias & A-
fricos eodem fundit ab arario. Quin ipsa quæ Divinitatū
solum amoris flammis circumflua spirituum am-
bit acies, ad terrorem excubat militia cœlestis. Mitis
aequitas perpetuat Reipublicas obseruat jura, Statuta eri-
git, turpi veterno coērcito, perennaturæ tranquillitatæ
indipiscitur argumenta. Quod Poëta innuit, cum A-
stræ Agno, ac Aquilâ jugalibus, sub deliciosa, in sub-
limi ad astra porrecti montis apice, evirentis Oleæ, Lau-
riæ, umbram evecta, banc adiicit Epigraphen.

Immunis livore curulis pacis carpit iter.

Quisquis ab Astræ deflectit tramite divæ,

Ac pergit rubeas, nante furore, vias.

In Labyrintheos incaute labitur astus,

Substructi nocuā luditur arte dolii.

Mitè surens justas vitas persæpe ruinas,

In quas infelix colla Tyrannis agit.

Fixit aculeolos ubi verni Civis Hymetti,

Cogiturn admissæ, sata subire, necis.

Nempe nec Armenios emollit Oronta Niphatas,

In partes Cadmis Ida petita perit.

Lenibus æqua juvant, mellitis mixtus amaror,

Asperat immodicè guttura potus acor.

AQuilinā oculorum acie Princeps
pollet necēsum est, (tus
Ut in sublimi dignitatis fastigio colloca-
Perinde ac ē specula gubernaculo infe-
sta è longinquo prospexit.

Præsentium non incuriis, nec minimorum.
Habet hoc fluvij commune Reipublicæ malum, qui
ab ortu rivuli,

Progressu in torrentem coaliti Regnorum munimi-
nibus damnato allabuntur impetu.

In primo partu truncanda sunt pericula;
Magna sine parvis non constant.

Fabricam evertit, qui fundamina demolitur.
Infelix catastrophe, infeliciem consequitur Prothasian.
Catenæ nimirum in morem, (ventur.
Quâ primus semita deserpit annulus, annexi submo-
Rarò turbulentia in illimem devergunt terminum.

Nec amaror in dulcorem.
Ita in capite viarum, errorum legimus vestigia.
Despectis primordijs immedicabilem epilogum.
Surculum, non annosam quercum facile flexeris.
Et mora novum iter est fraudi, incrementum virium
Plura namq; tentat, qui plura audet. (hosti.

Ex parvis ortâ seditione, de magnis dissidetur.
Nec orta cum sole Regnorū mala, cum eodē occidūt,
Ut enitantur, momentum sufficit, ut expirent, vix
sæculum.

Illi graviores morbi, qui per moram invaluerent.
Indemnè velificaturo vel tenuis salebra vitanda est.
Et rupes emollit, & classes mergit neglecta gutta.
Persæpe ardoris monumenta in buxis Urbiū exaravit
Tela prævisa minus feriunt. (scintilla.
Et præcognita acerbitas, levius toleratur. (tavit.
Nequit vis nocere, cuius aciē solertia Principis hebe-
Secura Regnis concire didicit, qui securitatem Im-
peri eventuum definit cautela.

Retrò

Retrò lapsa sæcula, documenta futuris sunt.
Ruinâ unius, complurium Regnorum architectamur
stabilimenta.
Consulimus enim sorti nostræ, dum Majorum me-
minimus felicitatis.

Et alieni interitus perspicaces, solertiū proprio præ-
cavemus.

Præeuntiū nimirum vestigijs itinerū metimur erro-
Ubi semita ignoratur, in avia decurritur. (res.
Nec obest aliquando errâsse, alium ut manuducas
cautiū.

Qui sæpius conflixit Achilles, pericula novit.
Ecquis procis coronarum liber frena moderetur im-
Nemo non ad fasces Mercurius est. (perij;

Quilibet festinato ambitu ad solia fertur.
Pelagus Respublica est procellis ambitū inquietum.
Ita Princeps rerum ordiatur momenta, salvam ut
in portu Imperij navim collocet.

Syderū ac mari gnarus nūc laxet, nūc vela stringat.
Ubiq; Argus observet, ubiq; Mars feriat, ac provi-
dus, prudenter vires consilio fulciat:
Ultra Imperij limina virtutem prolatus, augustum
gloriæ aget meridem,

Ubi metuit occasum. (honoris.
Magna nempe Principū consilia, magni partus sunt
Ex eo fonte hauritur quidquid boni est, quidquid fa-
lutare Reipublicæ ex rivo derivatur,

Potissimum consilium cùm firmat Industria.
Speciosis alioquin illecti, utilia non secernunt.
In putamine nucleus degustant, non quæ arcana
delinent.

Sagaciter instantia adoritur, momenta rerum qui
tempori committitur,

Ut exitum teneant.
Suā cujusvis austifissimum velle libertate afficitur,
posse angusto arctatur.

B 4

Perfæpe

Per se adaperit serenum diem aurora, & meridiem
pt̄texunt nubila.

Quas occasu ominabamur nubes sudi bajulas, fulmi-
num æstuaria persentiscimus.

Et auri vena ære interstringitur.

Non semper meditato responderet eventus, recte nisi
agendorum accedit peritia.

Asperis saepe allisus, securiorem observat callem.

Expertæ classis, scyllas vitat. (cior.

Facile ea fastidimus, quorū absterret successus infeli-

Alienæ memores infelicitatis, nostrā antevertimus.

Et quæ arrident, quæque diſplicent ætate condisci-
mus, præteriorum discipuli, magistri futurorum.

Probata scilicet Majorum fēmita, posteris annutus est,
vestigia, sequacibus amissis.

Ita Principum animis probentur vetera, ut providi
Exhibeant nova.

Et retroacta memorent, ut annorum in volucris præ-
figiant linea menta.

Quæ conspicua sunt, vulgus judicat, nec interit, quæ
præsentibus.

Consultò clavū moderaturi morā sacerdorum even-
tura, propius contuentur.

Illinc metuenda Reipublicæ incumbunt; Princeps
ubi prælapsorum regulā,
Eventu rudit est metiri.

Sana enim consilia peritia stabilit,
Dum arcana à publico, ex parvis magna, remota ex
proximis arguit.

Certa, rerum exigua suis augeri progressibus; inbe-
cilla firmari diurnitate.

Aucta in dies ægritudo, ipsâ saepe diluitur morte.
Nec ulla inconcussa Respublica constat munimine,
Cujus fundamina non collabescant ætate, aut non
exedat pravorum usus.

Fortuna horæ unius sacerdorum evertit glorias, quas
reperias citius, quæm retineas. Pluri-

Plurimum, omnis si Principi ministrotum probetur
actio, nec sinistri subrepatur cogitatum.

Novit scitè in affectu motus attempere natura, in-
teritus argumenta.

Et inconsultæ indaginis est, ingenui fidem declina-
re in ambiguum.

Nec nimis oculatū esse oportet, nec neglecto ferri vi-

Amicos Princeps liquidò cōperiat, ac inimicos. (su;

Advolvunt se humiles hederæ ut quercum enervet.

Et florentis facies invidentis est macies.

Nec rari benevolentiae in emporio nundinatores gra-

tiarum aucupantur Favonios.

Peritus Navarchus cautissimè prospectet, ne fastigia-

tos ambitionis ad scopulos,

Affligatur Carina Reipublicæ.

Tutiùs procellas evitaverit, quæm compescuerit.

Nec ruditis vincendi ars est, primos impetus devitare.

Vis incendij abstracto pabulo infringitur.

Victoriæ partem indispicitur, qui opportunè cedit;

Suis se quippe tum stimulis ad verfi ira dilaniat.

Optime furori medemur tempore.

Spatio languescent cæpta, inconsulti exitus.

Orbes Cœlestes suam ut servent harmoniam, anfra-

ctibus mutuò cedunt.

Validi securitatem circumscribere, nec ignaviæ, nec
nota metuentis est.

Nemo tam magnus, cui minor nequeat minitari.

Imbellis Sminthei cohors Diætæs perniciosa.

Nullum metuens, quem aspernatur, metuat.

Suæ hosti despecto sunt artes, dum vires defunt.

Moriendi necessitas magnum saepe est vincendi ar-

gumentum.

Et pars maxima felicitatis occasio;

Quâ unâ omnis non rarè Regnorū evertitur fortuna.

Facile præmeat, quod annorum morâ non allabitu-

Et frustra sole occiduo dici suspiramus jubar.

Nobilis servitus sunt Regna; quibus mancipato, ceteris consopitis non licet esse quieto. Animantium Princeps Leo aperto scepitur lumine. Per sepe Principis otium suorum damno, ac acerbis Urbium excidiis pensari debet. Nempe & gravidae nubes quietem simulant, cùm fulmen coquunt; eoq; elidunt fortius, quo in innocorum funera pressere violentius. Quos facilis ad negotia, & munia evexit fortuna, solùm obligavit privilegio: studio boni publici execubare oculo, affusis patria serenitati luctari cum nubibus; Augustissimos amplificandam ad Majestatis dignitatem evolvere radios, & cùm lenè afflant sublunaria, incrementa prebeant dominatus. Ea enim Principum magnitudinis decempeda dicere optima, agere proficia. Hac agenda consilium erudit, illa ad publicam lucem parit industria. Illa sapiens intellectus soboles praefigiat, ista periclitandi extorquet facultas. Ut aciem gladij, acumen Judicij, recte dixeris. Sine alterutro syrtem repetit, qui meruit Charybdis; & Cupressos plantat, qui lauris abstinet. Ab ingenio petit a suppetiae, militia nervus sunt. Illius in lumine oberrans Princeps animus anfractibus non abducitur. Decipitur factis, fallitur contentis in Lyssandrum si inciderit. Arcana prælapsi, venturi insulta ævi tenebris, Linceis presentium scrutantis oculis, qui Sinon illudere queat. Pejerant in suam perniciem qui fallunt jurati. Tantum Africati credendum; quantum dicensi expedit. Eò quidem providentia genere, presentium ut industriâ Reipub: præverbat intentum. Symbolū adneclit Apelles noster, Gruem innisum orbî, saeo sublato insomnem; pectus Janum resert, cui Musa subscriptit.

Vigile præsentia curâ venturis actisq; urgêt. **P**igmæum terror vigilantis imago Dynastæ, Accola strymoniæ Bistonis ales aquæ. Uno saxa levat, mundum premit ungve secundo Bifrontis referunt pectora signa DEI.

Nempe

Nempe gubernantis sunt inclita symbola sceptri, Quid prælet vigilis provida cura, docent. Vindicat iste suos; sua ferro Regna tuetur, Excubat alato pervigil illa gregi. Ungve petram tollit, populo Rex pondus iniquum, Sceptricolas cauto servat uterq; dolo. Prælapsum memorat, prospectat cura futura, Indubiè medio tempore sceptra beat. Acta docent, ventura movent, mētemq; gubernant, Utraque tractandæ regula certa rei.

LEOPOLDO Provido.

FUstra Gelonum cingimur effero
Phalangis astu; Mania Parthica
Crescuntque turres ac inane
Assyrios meditamur ausus.
Si Pallas absit mente sagacior
Pectusque fatum confilio; Hectoras,
Acreis Achilles, valla tetur
In cinerem ruitura cernes
Martis favillis. Vasta potentia,
Regnique nervus, non superabile
Vallum tiara, providentis
Judicij vigilisque Regum
Est cura mentis. Tutius inclytis
Ventura sceptris Pallade prospiciis,
Et cautus aduersus fatigas
Confilio LEOPOLDE turmas.
Hoc Marte Thressæ frenæ licentia
Armisque ponis; fascibus Imperi
Pacem, auream securitatem
Pannonia statuus corone.

SAPIENTIA.

Rapta protinus non ferunt, sed primo depo-
nunt, expertæq; pondus tum demum ferunt
Plin. Lib. X. C. Z. Rex

Rex sapiens stabilitatem populi est. Sap.

Cap. 6. v. 26.

 Olitarium Orionis sydus Palinurus inimicum est.

Gemini illuentes tranquillitatem innunt.

Augustalis ut luceat omnibus Principum Majestas,

Sororæ fortitudini sapientiæ accendat lampadem.

Augustissimum horum est connubium;
Quo felicissimi partus fama & admiratio, Industria
& Consilium eduntur in lucem.

Nec errare in Imperij Labyrintho potest, qui sapientiam Ariadnæ instar habet.

Hanc qui sequitur non ambulat in tenebris.

Ut pulcherrimum in Rege Majestas est, ita optimum sapientia.

Vagina sine ferro, inanimis sine sapientia Respublica.

Illam acephalam facit, qui sapientes tollit.

Informe corpus Imperio affert, qui sine capitis eruditio
comptu sceptra capessit.

Vix unquam aliis in sinu quiescit pomum Imperij,
quam erudit.

Nec tutus, nec nisi ementitus coronæ locus in Princeps
cipe est, cuius nulla

Minerva cultior menti insidet.

Sit extra controversiam :

Illud Imperium auspiciatissimum, in quo aut Reges
Philosophantur, aut Philosophi gubernant.

Rudis siquidem excidium, Princeps sapiens firma-
men est populi.

Nec Atlante robustiori molem Reipublicæ succola-
veris, quam Pallade.

Hujus Alexander filius eò disciplinarum liberalium
exarbit amore,

Ut cum non tam liberalis, quam foret prodigæ in om-
nes indolis, hic avars cōspicaretur. Ma-

Maluit sapiens Princeps literarum peritiæ, quam ar-
morum præstare potentia.

Decennio paruit Formatori Philosopho,

Olim cui non unum pareret Imperium.

Nempe nec obvijs, nec sine mora formantur quondam

Prius litavit Palladi, quā Bellonæ. (prodigia.
Informe in folio portentum ratus vim magnam, exi-
lem sapientiam.

Sine alterutra Reipublicæ fabrica ruinæ objacet.

Nec Atlas sine Hercule, &, nec sine Palladio tutæ
Pergama.

Minervam armatam Jovis cerebrum parturij;
Amici sœderis Antitypo, artis cum Marte.

Ulyssi non socijs, eliduntur Circes præfigiæ.

Et Ægyptijs sine oculo sceptrum exitiale est.

Sublunaris Orbis, superlunaris est Ectypus.

Hic tot negotijs agitur, quod ille Cyclis;

Intelligentijs opus est, ne intereat.

Periculoso iter inter vitijsa extrema tenet Respubli-
ca. Ubi declinat in alterutrum, à se ipsa deficit, (ca.

Nec recto decurret tramite ductrice rudi Minervâ.

Dux cœcus, Archistategus mutillus nemini probatur.

Princeps rudis, elingvis Orator, pari successu, pari
funguntur munere.

Non à limine, sed sapientiæ in augustali eruditum
esse oportet,

Ut legem ferat, jura dicet, decreta condat.

Suæ cum mancipatorum potestati Princeps regula
fit, errabit nemo si sapiat unus.

Errare omnes necessè est, unus si desipiat.

Hac legi Principum stringuntur animi;

Ut qui stemmatis prærogativâ præstant cæteris, sapi-
entia non antevertantur.

Individui intelligentiæ comites, cum cæteri cæcuti-
ent, hallucinentur nuncquam.

Est non modica felicitatis portio naſci illustrem, am-
plissima fieri sapientem.

Illa.

Illa cum sanguine majorum imbelli successione in
Nepotes transfunditur,
Hæc virtute paratur.

Sine qua natalium splendor sterile bonum est.
Publico expositus nec admiratores parit, nec amato-
res. Est suus Principi dies, sed caliginosus sœpe; (res.
Sapientia expedita jubar, omnis tum hora honoris
est Meridies.

Illustriori nempè apparatu Principum formantur si-
mulacula.

Aristotele opus est Urbis olim, & Orbis est typis Ale-
xandris.

Literis effæminari Principes, robur adimi, ad ignavi-
am traduci qui dixit,

Aut rationis defectu, aut abjecta nascendi conditione
brutum fuit.

Castor & Pollux sunt vis & sapientia.

Altera sine altera infelix.

Hæc agendi prævidet, illa consulta exequitur;
Illa manudicit, ista dum ductum sequitur, semitam
premit,

Quâ majestas ad honorum culmen deproperat, curu-
lem sapientiâ incitante.

Nimirum feliciter sui orbem rapiet in venerationem
Princeps animus,

Si ei, quo supereminet sanguine, diserti accedat di-
gnitas.

Reipublicæ stabiliet comoda, si jure firmet sapientiæ.

Hæc basi omnis Regni constat fabrica inconcussa.
Hoc luminari propulsantur umbræ popularis licetiæ.

Totum dixero:

Desideratissima à sapientia Imperiorum est felicitas.

Hanc videt Plato, dum Philosophos ad solia, ad
Philosophiam evocat imperia. Ille siquidem
fortunatè gubernat, qui operum lancem, sapi-
entia observat aequilibrio. Cum sapientia, bona
omnia

omnia advenierant Salamoni. Et Augusto, Imperium
auspicatissimum, quia obtigit literatissimum. Adulie-
rinum est Majestatis solium, quod sapientia non inam-
bulat. Huic conjunctum, meridiem, disjunctum sem-
per agit occasum. Nemo non Martis sagum expavet,
quod ambit toga Palladii. Ac illi Herorum laceri, quos
animat spiritus sapientia. Vinciri nequit Magistris li-
bertatis, nec comprehendere congenere superum portio; quâ
uno capite. Cui dum Aurora Minerva allucet, clarissi-
mos amplissimos honorum soles explicat. Suos ad ra-
dios glorioissimas exarans horas eternitatis. In hoc Ma-
chæonis arte potior, quod gloria resuscitet nunquam tu-
mulandas; nec raro trabeatis in Curia agricolis. Excus-
sus Jovis cerebro partus, non alio ad Majestatem celebra-
tur quam Capitolio. Oreadi educatus, Napæas designa-
tur. Innutritus arduis, nihil humile sapit. Nec novit
imperanti libidini purpuram obtexere, quam aureis he-
roum facinorum liciit aquæ ac ænulorum ambientium
illicis elaboratum. Tanto imperantiæ augustius purpu-
rata erubescit Majestas, quanto studiitate Cle-
antheos ad lychnos impalluit deformius. Solis ænulus
Sapiens superferocientis tempestatis nubila emicat. Ne-
pe & Olea Eurus jaclatur, non eruatur. Extuanti pelago
mergi nescia fren innatæ. Rupis telū regerit illæsa. Nec
Corallium mediis nisi è procelliis in auras efflorens purpu-
reum cōalescit in gemmam. Danina non expavet, qui
damnanda metuit. Et apernatur fulmina, cui Pallas
galea est. Nec cumulatos inter politica metus illuditur
ingenio, quod Phlegram in Gigantum Tyrannide sapi-
entia laurea circuit. Quæ sapientiâ ordinatur, suo Coro-
natur exitu. Nec irrita Teuerum jacintur tela, me-
tallestus normâ impulsæ. Miops non est, cui lumen ac-
cendit sapientia. Hoc Regum simulacrum est, esse Ar-
gum, animatum intelligentiæ. Illius fortunata Imp-
eria arte metimus: Achillis hastas Pallade, Ulysses inge-
nio, Africa, Panorunq; fulmina Catones Lycei, Scipi-
one.

ones literis ; stagyris Orbis dormitores Alexandros. Illa cultrice diademata excrevere in laureas, in palmas sceptræ, fasces in pacis Oleas. Imbellis Martis hasta est, quam non moderatur Minervæ dextera. Hujus Egide destitutus, violentia mortis objacet. In Gorgonum, Medusæ, excidium Persei levam circuit scutum Palladium. Et vel media in arena, diserto Marte Catilina fratri impetus, sedata Clodij tempestas, Antonij sopus tumultus, grassantia in Gracchi jugulum oppressa irarum incendia. Est scilicet ad ceterum sapientia trito mucroni nihil impervium, nihil in auspiciatum Peripateticis innutrito præliz. Nec durum quod non molliat, severum quod non flectat, efferum quod non leniat, tumultuosum quod non placet. Monstra proterit Alcida metuenda. In aciem si Martis impellat furor, abripiat astus, victoriose semper omnime validior sapientia vis, palmas meruit, carpit laureas, trophya statuit, erigit obeliscos, peregrinarii nominis monumenta architectatur. Illa Rerum publicarum moderatrix, templo sacris, Curias aquis, distis pulpta, eruditis Athenea, Regna, ac Urbes gloriose Saculorum ambitu coronandas erudit. Nec Olea, nec Laurea indiga. Hisce proinde symbolico appingimus penicillo, sereno in Colo solem, (: talis est sapientis animus :) Laureta superne caloribus ad amanitatem fotis sceptra implexa inferimus.

Feliciter uno, æternum statura virent.

Annorum genitor, nocturni fulgor ocelli,
Et sol pullati gratia fuda Jovis.

Telluris fœcundus amor, risusque satorum,
In germen vultu frondea Regna movet.
Quid gemis exsuccas infausto sydere lauros,

Æmilijquæ nepos fata sabina refers.

Soli navus honor, quem Pallas temperat arte,
Inserpunt sapiens laurea serta caput.

Sola triumphales fletit sapientia palmas,
Pompejoq; pari sorte cherusca premit.

Sola

Sola Palatinos Marti parit æmula fasces,
Altior adversis sola fiat acta notis.

Illa serenatrix regalis gloria vultus

Efficit in terris Cœlitus hausta, Joves.
Illa thronos Latium, fasces tenet illa Pelægum,

Victrici toto circuit orbe gradu.

Trans Abyla, Rhodopen, Calpen, Tmolusq; Melanq;,
Numen sine carens terminus esse potest.

LEOPOLDO Sapienti.

Si cui perennis gloria nominis,
Mavorialis pectus adoreat
Incedit ardor; glorijsa
Sanguineos per ærmia calles,
Vis bellicos fertiva spiritus
In ausa raptat; Tyndaridum super
Sublimis aurum, augustiores

Ingenij premet actus alii
Solis Pyropos. Insuperabile

Pellea proles Palladis bibit,
Robur stagiris; quæ Gradivi

Fulmineos jaculatur ignes
Per busta, cædes, strata cadavera,
Per mesa tabo funera gentium,

Per æræpultas viator Urbeis
Lauricomis vehitur quadriga.
Hæc arte metas protrahit Imperi,

Hæc arma frangit Vajconum, & Odrys;

Luidpolde Gradivum Tyranni,
Dum stabila Marianna sceptra.

Hinc mille palmis, te prope Martia
Centum coronat gloria laures;

Centumquæ molitur trophya
Edomitem monumenta Regum.

O quot triumphos! vi sapientie
Belloque partas spandler adores

Pannon, Quirinos te regente
Consilio, Imperioq; fasces.

C

MA

(31)

MAGNANIMITAS.

Aquilæ cum Dracone bellum est perpetuum.
Captum leporem non pari hosti congressa despuit.

Jacobus Typotius de Regum symb:

Rex est, qui metuit nihil. Seneca Traged. Z.

DEONU exercitui inconsulte Cer-
vus præficitur;
Aquilarum generosæ indoli palumbes
pavidus.
Multum vincentis interest, cui decer-
tet, ac quo animo;

Ipse palmæ & causam sequuntur & Ducem.
Ibi major messis gloriæ, ubi äprior seges hostilis ferri.
Cum solis jubar aspectum perstringit acrius, tum ful-
minum fervent diffidia.

Æmulæ virtuti heroum commetiuntur animi.
Suo Orbis dominatrice à gente Latia, invicto sunt mo-
numenta gloriæ Hannibali.

Sua ab Antiocho honorum fana Attilio.
Nec nisi à Scyrope Theseo fama illustrior;

A Syracusis Marcello Claudio.
Stadium honoris nunquam sine livore decurritur.
Sceptra licet confortem non patiantur,
Portentum pene est, immensa ambientium corona
non cingi.

Hunc in scopum omnes collimant.
Nequit non in summò positus summa pati.
Et sua sublimitati appendix calamitas.

Prono lapsu altissima decidunt.
Portentosæ Ægyptiorum fabricæ suâ ponderis mole
succubæ, in præceps dantur.
Pari radicum descensu frondium sublimitati, defigi-
tur Esculus;

Trochilus imis septorum flexibus.
Magna semper nomina lior infestat, comitatur sem-
per virtutis umbra.

In edito

(32)

In edito locati subsunt vertigini.

Fulminum istibus quercus objacent, evirent ruine
nesciæ myricæ humiles.

In sublime eluctatus Icarus suo nisus altitudinem
lapſu metitur.

Et Anthari ac Zimisci Mausolea fuere throni; Curu-
les Decebalo sandapilæ.

Tum nempe ferrugineus Cœli color conspicitur,
cum gliscunt tonitrus.

Adpurpurascens obtutus nubili, seu tempestatis, seu
occasus est prodromus.

Suo fecundi rami pondere, nativum accolunt folū.
Nec nisi nimbi in præceps abeunt.

Pirata est Invidia;

Onustas naves obſervat, vacuis abſinet.
Nemo egestatē in videt, aut latebras, sed lucē, & opeſ.

Injuria & calumniæ uterina livoris pignora, Princi-
pum cotes sunt.

Nec portui citius allabetur Heroum Argonavis, quā
in livoris scopulis desudaverit.

Nimirum Regum cum sapientia agnata vis est, indo-
Paribus petuntur fatis. (les eadē,

Cum eminent cæteris Magnetis instar, seu stipulam,
seu ferrum sibi attrahunt.

Hos habent magna exitus.
Fictilis DEÆ rota Regum sunt throni;

Indefessa versione, honorum axis atteritur;
Et persæ medio in cursu peditem excipit inſefforē.

Rara senescit in ſolio Majestas,
Nec unquam minus tuta, quām ubi nimia.

Sternit ubertas ſegetes.
Quot fætus, tot Casus numerat prodromos, fecunda

Lentifcus.
In ſublime erectus carduus, tenui infiftit culmo, levi-
itu decutiendus.

Jactæ honorū ſementi non ſemper ager Indigenūm
respondet fructu; G 2 Ubea

Überem sāpe ubi Colonus Princeps messem sperat
Adoreæ, invidiæ legit tribulos.

Eo plurimum deludimur, quod vultus & oculi ani-
mi sint speculum.

Colorata enim in lingua mala, etiam frontem men-
daci stibio oblinunt.

Falsi proles, diem veritatis execratur.

Nec raro perstringitur ad lacrymas, dum invidet in
alio, quod in se non videt.

Misera invidentis conditio!

Cui macies, fortunati facies est; & remedium malo-
rum amplitudo.

Hâc fatua Regnandi face ductus, è præruptis Princeps
scelus diluit.

Fragili nominis fanum insistit fulcro,
Cujus diaria sāpe Majestas, cum viget interit.

Vetus Regnorum elogium est.

Ad radiantis solis jubar exoculatos Bellisarios.

Medias inter palmas, exulantes Hannibales.

Ex summo dignitatum apice portentoso ruentes inte-
ritu Marios.

Meta Invidiæ sunt diademata;

Quorū in circo non pauci trabeati desudant pugiles;
Non manibus, sed ingenio, non ferro, sed auro, non
corpore sed affectu.

Stimulat eos æmulatio, impellit dignitas, pellicit re-
gnantis Majestas.

Malorum præceptis promptius est obsequēdi studiū.
Quibus delectamur trahimur.

Exiguo rationum pondere persvadentur placita.
Et avidius eò animus evolat, cuius fecit experimen-
tum boni.

Affectuum nundinatores servili quādam prompti-
tudine placituri student;

Penitus ut subeant augustalia Principum.

Ut rerum sumnia capessat,

Aut

Aut parem, aut Majorem Regnando imparern judi-
cat ambitionis prostibulum.

Nec raro severi intolerantes, procaciter
Noxas in Principe, vulgares venantur animi:

Reum flatuunt turpis vindices;
Uno, ille innocentia superior, quod in umbris verita-
tis candor,

Non secernatur livida ab oculorum aeie.

Raro ibi laudem consequimur, ubi odium evadere
prodigium est.

Probam Cotis Lydiæ hic subit Princeps, ut pretietur
in aurum.

Sua sit his in procellis menti malitia,
Periculosi hi natanti Reipublicæ onerariæ æxtus, sine
pacato gubernantis animo.

Herois est æqualē in omnem sortem habere affectū;
Nec secundâ in ardua facilem, nec adversâ in præ-
ceps difficultem.

Nunquam serenam animi temperiem in nubila co-
gi, Regum prærogativa est.

Tum nutant rerum vices, firmantur validius, &
vertente sorte sibi constant.

Nec orbis pars sublimior fulminū miscetur furoribꝫ;
Illos subimus communī ubi bono præstat privatum.
Contemptus multorū remedium est, quæ ex obtre-
stantis livore in solefcunt.

Spretæ enervantur in vidæ.

Si motu animi dignaris, vindices habentur.
Potentiore nisu tela livoris non eludes, quam risu il-

A recto tramite non excutitur Phaeton, (Iudas.
Qui leves animi motz majestatis pôdere moderatur.
Subiit Tiphys spei felicioris portum æmulorum A-
quilonibus impulsus,

Constantis ubi pectoris anchora, Imperij Carinam
defixerit.

Dū fluctus sāviūs ingruēt non obruent Argonavim.

C 3

Undis

Undis Cœlo depluis Noëmi arca surgit altior
Et palmam extollunt sublimius cumulata pondera.
Invidū Junonis ingenium monstris dum petit, non
percellit Alciden.

Aggestis minis terræ efficit ac inferis formidabilem.
Fertile g̃men est vitis, cui ferrum elicuit lacrymas.

Inflictæ cinnamomo plagæ Stactæ sunt semina.

Et spina acerbissima, pulcherrimi foetus parens.

Jupiter pretia propinat sudoribus.

Coronas suas præcedunt luctæ, cursus præmia.
Nec triumphi fine bello ducuntur, nec sine prælio
metuntur Laureæ.

Oceani jaætet furor ut littora merearist.

Et suis gemma venit laboribus.

Nec nisi vitæ discrimine maris imo commendatur
erepta Margaris.

Asp̃erior auragia auri famem excavit.

Et potior adversi vis, augustiora ponit trophæa pugili.
Monstrorū domitori sua sunt monumenta Herculi.
Cui nulla dies segnis illuxit, non accidit labor nisi
alacris.

Avido libertatis vindex genius fertur impetu,
Quem severius Regni amor, ac præsentium impellit
pondus.

Certus quippe Aquilonibus livoris coercitus,
Adoptata negotiorum allapsura Alcyonia,
Onerariæ Reipublicæ.

Arduum prælum honores imperant. Nec præ-
pete curſu terimus Majestatis præruptum. Eō
gloria flammis correpto animo, nisu magno
entendum. Non imus venit gloria. Nec segni-
ſub umbris otio honores delitent. Cottū Laurū indige-
ra est; Salix portuū accola, nullā gloriā insignis. Porri-
gentes in Cælum vertices, Jovis quercus, buniales asper-
nuntur Diana vallis; sublimius contendunt honorum
theatrum. Et palma ponderu molo incubâ altius eniti-
tur.

tur. Per angusta, augusta indipiſcimur. Naufragia Ti-
phyn, pericula Thesum, jurato Junonis odio intentata
neces Herculem probant, encomiis celebrant, fastis inſer-
rūt, posteritutis memoria in amula facinora trāmit-
tunt. Hunc ad felicitatis portū adverſis jaſtamur, qui-
bus succumbens, non ad rerū præcipua natō indolis est.
Animaturus alios, impavidus, erectorus, magnanimus
fit necesse est. Vertente sorte ſibi conſtantis. Cum ſole, ſeu
ſereni, ſeu fulminantis Cæli facie ſemper idem. Feroci-
tatis Martis inter procellas, Delphinus molliter quie-
ſcens. Huic lemma adiſcimus:

Nil tumidos maris expavet æſtus.

Pontani nocuus turgescat gurgitis æſtus,

Atquè procelloſis æquor agatur aquis.

Taygeto pariles undarum ſurrigat Oſſas,

Algosoquè Gyges sydera Marte petat,

Concita fluſiferis Aquilonum Cærula flabris

Intentent liquidas tacta furore neces.

Nil agit Oceanus, nil vortex tortilis algæ,

Cogat ut in tumidi certa pericla freti.

Nil pavet aggestis ſuribundum fluſibus æquor,

Tutus Arioniæ portitor ante lyra.

Scilicet Heroæ vivax eſt ſirpis imago,

Augustis nullus quā ſine conſtat honor.

Vilioſ eſt pavido geſtatus Principe murex,

Clariū adverſis non niſi ſtemma miçat.

Dives hydaspæo quæ non ſignanda lapillo,

Atria Regalis lux habet illa throni.

Cūm ſors diſa premit, fatis dum Numen acerbis

Urget, & innumeratas parturit hora vices.

Venalis tum proſtat honor, tum firmiss altis.

Figitur, infestis palma petita fibris.



LEOPOLDO Magnanimo.

E Volve mentem quisquis adultero
Sortis Sabina volveris impetu,
Fatisque Rhoetæ Phlegreis
Occidens tumularis urnæ.
Non semper atrox Argolidum premit
Chalybs Mycanas. Quod jubat æquore
Titan Ibero megit, altâ
Auricomum face pandit orbi.
Carina tandem littora basiat
Jacata ponto. Preffa, superbior
Comas Olympo palma tollit,
Magnanimos cunulata fata.
Jam nunc furentius prælia sequantur
Et sevientem fulmine Parrhasia
Oeagriunque fronte spectus
Jumpavidæ LEOPOLDE Martem.
Constans eadem mente serenitas;
Seu mitis infest fascibus Imperii
Vertigo rerum, seu sinistra
Cum populis resupinet Urbes.

LEGUM OBSERVANTIA.

Sicut Aquila provocans ad volandum
pullos fuos. Deut. Cap. 32.

Imperator leges ferat, quas primus ipse custodiat.
S. Ambros.

AD solis motum astra,
Ad mores Principum, popularium for-
mantur simulacra.
Ilorum actio, vulgi est imitatio, seu re-
cta, seu prava;
Illa quidem, ubi imperitanti elementum Principi est
pietas;
Hæc in avia quando delabens animus quietem con-
cedit in centro perversi. Inormia

Inormia ducuntur lineamenta, normâ obliquâ.
Nec ectypa Theritâ effingitur Cyllarus.
Facile sua legibus demitur reverentia, eorum ubi la-
toris cultus abest longius.

Felicissima illa Principum conditio, factis agendorū
dictare præcepta;
Et quâ præcunt honesti semitâ, sequacium stipari
comitatu.

Imperio, & exemplo nihil non persuadetur.
Nec Latij ferro quidquam antiquius, ad quod pellicit
herous Marij animus.

Ambiunt funera Cecropidæ, Theseo cruoris prodigo.
Ea nempe non inviti agimus, que agendi amissis
præscribit, vita Principis.

Tenemur intra legum limites, quos imperantis defi-
niere exempla.

Illud efficacissimum jubendi argumentum, exemplo
imperare.

Hoc extorquetur, quod nequeunt statuta.

Boni obtutus, virtutis impulsus est.
Rapimus in semitam honesti, quam melior signat
morum norma.

Hæc Regum lineamenta, carere culpâ.
Turpe namq; est sui principium affectus, dominari
in cæteros.

Nescit sancire leges, qui nullas patitur.

Statuta latus exemplo propugnet.

Accidat vitia, ut virtus vigeat,
Pietatis flanmis orbē incensurus, impietatis sopiat.
Turpissimæ illæ latebrarum umbræ, quas in Regum
splendore aucupatur oculus;

Quæ ut pateant ipsa majorum claritas lumen submi-

Negliguntur minorū syderū defectus, (inistrat.

Portetosa majorū Ecclipsis orbis exerct curiositatē.

Æqua transmittenti aut modico, aut nullo naufragio

error documento est.

Ad clavum sedentis, Nausfragij habetur argumentū.
Est nam plerumq; morbi lethalis iudicium, à capi-
te in membra diffusa lues.

Galenus à morte Regnum vindicaturus capitū cu-
rando operam navet.

Ad Ducas exemplum miles componitur; Regis se-
quelam Orbis imitatur.

Et jam pudet satellitem Alexandro fodiente segni fe-
riari manu.

Libare massifica, potante Nilum Pescennio.
Catonis est.

Quid itas ignave miles? imitare passus Ducas.
In illustria non ducitur, sed toto fertur impetu sub-
ditorum industria,

Ad quæ jubentis abripitur animus.

Periculorum sitior ac contemptor,

Glorioſas bonis avibus non rarò evolat ad laureas.
Errat qui Majestatis amplitudinem Licentiæ metitur
Regula.

Non semper licet quod lubet.

Sæpe metuenda generis orditur libido, quæ virtutis
abrumpt necessitas.

Temeto non ablimilis:

Nisi temperetur, mentem labefactat.

Vivax eminentis sanguinis scintilla, levi æmulorum
flatu gliscit in incendia,

Nec nisi honesti pondere opprimenda.

Facilè nimirum facili in temeraria labuntur impetu,
acerimi illistrum spiritus,

Nisi fortunata gloriæ sufflaminet conditio, aut rerum
morentur præcipua,

Eorum magnitudine honoribus genita nobilitas fa-
mæ adaptatur,

Nec serenissima sereni nominis sôboles iter graditur,
Quam quod gloriæ, aut heroa virtutum vis suis pref-
sit vestigijs.

Altis-

Altissimum solium est quod virtus erigit.

Gloriæ ille non sinceræ sitior, qui alieni laborat am-

Hic genius vel in affluxu, mali pelagus est. (bitu.
Plebeium una adornat virtus; Principem non nisi
cumulatæ.

Difficilè decoratur aurum; Plumbo ageritis sufficit.
Nisi pretioso coronetur in annulo, vitrum displicet.

Purpura quæ radiat virtutum licijs,
Et adorationem majestati, & venerationem parit
dignitati.

Est hoc commune virtutis, solisq; stratagema,
Per vicarios syderum radios operari in sublunaria.
Quos virtute conspicuos credimus, arcano quodam
honneore vel absentes dignamur.

Suum radius comitatur solem, virtutem amor.
Illi vis maxima, vel ipsam Tyrannidem sui rapit
in affectum.

Nempe & olea inter dura adolescit.
nulla tutior honorū fani statio, quæ virtuti innixa(tâ),
qui insuetâ glorioli in nominis capitolii fertur semi-
Nisi fida boni flectat manuduœtrix, fallacibus impli-
catur anfractibus.

Dolis patet, ubi recti exulat ratio.
Tot casus numerat, quo Numinis contemptus.
Fæcunda felicitatis seges timenti DEUM, sterilis fa-
stidenti.

Ille illustria perennis nominis sovet incendia,
Qui rectè actorum admovet materiam.
Illustri indoli, illustrem adnexisse affuetudinem
merita depositit encomia.

Nec major virtute propriâ panegyris. (gia,
Effæminati sardanapali, ab Oratorū ore venantur elo-
Virtute mascula animata, in flammis cinerata Paridi
loquuntur Pergama.

Agnatus virtuti est splendor, nunquam melius do-
mestico emitet.

Narcis-

Narcissum nativus commendat decor.
 Superinductum in genas purpurissum, non format,
 sed deformat.
 Nequè serenissimus Cœli oculus clarescit alienæ lu-
 cis adminiculò.
 Propinqua astrorum à luce, erratica radiosam dedu-
 cunt propaginem.
 Lunatica est pulchritudo, quæ adscitio solaris lam-
 padis nitet obtutu.
 Nec turpius quam Stibio exaratum in vultu legitur
 formæ mendacium.

Suum auro pretium est.

Rudiori licet è concha enitet margaris.

Et sol luctatur cum nubibus, & candor Principis cum
 damnatis ad noctem tenebrionibus.

Horum inter propudosia pectora, virtute præstet, ut
 dignitate.

Id siquidem Reipublicæ, quod cor est animanti;
 Illæsum, vitæ senium est, viatiatum diario sæpe fungi-
 tur vitalium munere.

Principem integerimum corrupto mali lue vulgo,
 Vel ipsa exigit gubernantis Majestas.

Nequit exterminari adulm perversi malum,

Regalium nisi virtutum violentiæ;

Hæc siquidē brevissima ad honestatis apicē est semi-
 Potissimum factis rapiunt voluntates; (ta.

Segnijs illapsa auribus irritant animos;

Oculis objecta, argumentorum nervus sunt.

Quà prætit boni aspectus, sequitur agendi aviditas,
 Phari radiosæ funalia ambiguae velivilis Cynosura

sunt.

Universi oculis expositus Princeps, norma morum,
 non mali sit argumentum.

Facile enim soli adverba nubes conspicitur
 Illa ubi coit luminosa, in lacrymas vanè splendida,
 solvitur.

Preti-

Pretium non exile Regis est, exéplaris cultū mereri,
 Sine quo iniquus est nominis possessor.
REgis ad exemplum orbem componi legiſtis Neo-
 Sophi. Nunc ad ſymbolum invitamus, quod in
 illuſtriorem laudum coronidem ſibi depositi pi-
 ifiſima Principum indoles. Pingimus amaniora
 adolescentis veris viridaria, conchyliatā roſarum acie,
 ac niveis velleribus albore amulā liliorum ſegete, ad ar-
 tis & naturæ lenes Zephyri delicias, Alcinoi, & ſemira-
 midis letabunda opera; que inter nativo parendi studio,
 quām amenitatem nobilior pullata effloreat Caltha. Eò,
 quō major eviret copia, lemma ſuffigimus:

Quà prætit obſequitur.

PRIMUS veris honos, pulsæ prænuncia bruma
 Caltha, Neomæa filia pulla DEÆ.

Pandit odoriferas ubi germen reptile ſiripes,
 Cum Phœbo parili circuit orbe ſolum.

Vertitur in gyrum, illuſtri veſtigia ducit
 Accelerat, radijs allubet ire comes.

It facilis, pellax signat quà compita Phœbus,
 Occiduo famulos compositura ſinus.

Prompta ſubit latas duatore ſtrategia leges,
 Dextra laborantis Principis urget opus.

Nempe piget Latios Fabio duce, ſtare, cadente,
 Et pudet illæſae Marte furente manūs.

LEOPOLDO Pio, Justo, Pacifico.

Fallor? remotas Thysſagetiā premit
 Jam fama terras; Religio, Fides,
 Candorque morum narrat Afriſ,

Tequè truci LEOPOLDE Medo.

Crassis & Indis, ſol habitabiles

Quà luſtrat oras, quā gelidi pigro

Algent Triones igne, in ævum

Per Cilicum Tyrannus, fastos

Dicere Magnus. Seu pietas colat

Focos avitos; Seu populi, tenor

Auguste

*Auguste legum, sanctitatis
Propositi studioſa recte
Pectus refranet. Te Duce concupis
Amica Juris, sus & amabilem
Luidpolde pacem, bella temnit
Innocua furiata strage.*

MUNIFICENTIA.

Super eos (: pullos :) volitans expandit alas suas. Deut. 32.

Beneficentia cum Imperio natura et conjuncta.

G. Pachymerus hist. lib. 3.

V Is amoris in Principem publicum bonum est.

Quo magnetis instar abripitur populus,
In Majestatis cultum, obseruantiam legum, Regni incolumitatem.

Illi mancipatus omnium dominus, suo nullum non devincit arbitrio.

Non liberè graditur jubentis dominatus, sine hujus servitutis necessitate.

Inermi stipatur comitatu, suorū quem amores non ambiunt.

Nec cumulata munit custodia, cui tutando paucorū impar est præsidium.

Unus, quām belli nervus infesta arcendi potior,
Communis ubi Indigenūm amor clypeo est:

Nullus aut modicus omnis numerus, ubi odium est Amari, coli, nulli expugnabile scutū est; (omniū.

Illud Architectatur benefica Munificentia Metuēdis liber est, qui aureis illicijs devincit animos.

Eorum namq; splendor oculis acerrimè illapsus, Mentis perstringit aciem, animū corripit, cor inflam-

Non exstingvendū nisi in sestorū sanguine. (mat;

Hac à Gorgonea fronte, non pauci in faxa abeunt;

Nec emolliendi in Principū perniciem. Nem-

Nempe præcipua tenentis, fidus aurum satelles est;
Amicos parit, & munit.
Nec quidquam in eum licere sibi arbitratur Orbis,
Cui largior superū manus, plus cæteris æris contulit:
Illo potens, orditur ardua, tractat grandia, metuenda statuit;

Palmā viator, togā pacificus, sago bellax, ubiq; glori-
osis, felix, formidabilis.

Impendijs tenetur, quidquid sagacior prævidet pru-
dentialia, sancit confilium.

Nullus non invidiae telis se obiicit,
Cui Laudis, ac gloriæ messem auri maturat flamma

Sterilis ætas munem aspernatur. (acrior.

Quos generis illustrior ad Imperia formavit conditio,
Non egenti ad plausibilia gradiuntur modestiæ.

Tenui Majestas contemptui est.
Avara opum æraria, famæ Principum Mausolæa.

Fortunarum brachia vinculat, qui facilem iu-
mancipatos manum stringit.

Amplior prosapia splendor, ampliore exigit Munifi-
centia. Hanc exofus, (centiam.

Anagyrim movet suæ æquæ, ac Patriæ offuturæ glo-
riæ.

Nec tutatur sui amorem in subditis, (riæ.
Nisi munificetiæ alis quâ largissimè passis supervolet.

Aurea conflatus Regna, structuræ lapides inauret
municipes;

Tum enim non tam ad majestatem, quām Regni
cmolumentum fabricatur molem.

Oceani est; quos rivulos in gremium recipit, liberali-
alveo in flumen præcipitare,

Ubere æris censu aureo velut profluo, Principis faci-
lis in egenos influere.

Nimirum semen bonū, millecuplum in spicam gra-
num dispensat uberrimè.

Auti vena semel sollicitata, copiosum subministrat.
Turpi odoris injuriā delitescunt Pestis conspicua;

Quæ avaro-septorū coronantur ambitu. Et

Et suis in sīris frumentū Mucore disperit nō erogatū.
Nō sunt lucra, quibus publicæ felicitati fit detrimētū.
Nec providi est; quod contra DEUM liberalitatis au-

Ad abjecta natum vel vulgus censet, (thorē.
Proprij Principem, non publici quæstūs avidum.
Quos homini suo ex ærario nummūm accervos de-
dere Dij,

Ijs compari velut apparatu sibi formavere animos,
omnes beneficē largos.

Turpes auragiæ talpas, efficit tenacitas;
Quas munificus Cœli oculus meridiano dignatur ra-
dio ad interitum;
Solentes publicæ rei Nervæ non suis, sed alienis im-
pallent commodis.

Nec præsunt, nisi prōsint.
Nunquam cum Tito diem perdunt,
Tinde amor & deliciæ humani generis.
Provida natura terram ferri, ac auti fecit ærarium,
Animorum æquè, ac fortunæ Imperium.
Nec rude illud Regnantiū stratagema, non tam ferro
Quorum connubio, (quā auro rērū potiri;

Heroa in lucem eduntur facinora.
Ilo quidem perduellum acciduntur odia, isto con-
cors stabilitur Respublica.
Ærario vis hostilis, quā Marte validius non raro
percellitur.

Et fortior in adversa manus ducitur, largo censu fir-

mata. (us.

Facile divitiarum amore stringitur humanus geni-

Nec renuit mancipari, cui ærarium restis est.

Et gladij acies aurea serit acriū.

Amplissima Regni vestigalia publicæ facta necessitatī

Andabatas,

Munifica manus Principis Triarios efficit.

Cujus illa sit amuffis,

Non unum ære cumulare, ad quod nativo impetu

totus orbis evolat. Nec

Nec amplissimos Regni census prodigere.
Contemnitur Princeps cui profusio liberalitate potior
Et suus plerūq; profusio Comes rapacitas est. (est.
Nec nisi iniq; cumulatis tributis exhausta instaura-

mus æaria;
Nonnunquam descendit à Principe argumento.
Evanida nubes horā depluit, quos diurnē cogit va-
Medium beati tenuère. pores.
Profusum suo ægrē aurum ditat reditu, largitorem.
Aggeribus rivuli sumunt incrementa; nec vacu-
antur jugē devoluti.

Gelu sole sollicitatum algas repetit,
Necessitatem publicam, æaria Principum.
Potentissima animorum Imperatrix est benefica
Principum liberalitas, vim omnem suum cogit
in obsequium. Quā jubet obsequi mole Caucas
immobiliora impellit pondera; emollit Alphios,
Stringit Geminios, Torquatos arctat, Midas exstinguit,
lupinus indolū vocem eripit. Catones in Consiliis, pro
Rostris Tullios, belli Hamibales, Minoës in Tribunalibus,
aut elinguit omīnō, aut iniqui Patronam aureo
veri involucro amicit facundiam. Auro nempe obed-
unt omnia. In hoc amori compar, quod excacet, parile
laqueis quod irretiat; ipsam superiū fulminatricem
dexteram inermat, ac sua in sensa, indulta grati sacri-
legij indemnitate fabuloso amoris néxu abripit. Mune-
ra placant hominesq; DEOSq; Placatur donis Juppiter
ipse datis. Et bonos auro plurimus. Principum gloria
fititor, non alio, quā auro oblectatur censu. Nec po-
tentius per funera & cedes graffatur, quā aurea mili-
tum acie. Palmas metit, qui aurum serit. Hoc arietan-
tum nullum non labitur presidiū; nullum non evigo-
ratur robur hostium; Hoc pondere sine mora, avida
habendi cupiditas, temnit pericula, transreditur ardua,
penetrat inaccessa. Id quod Idoneo exprimit, symbolo no-
stra Poëtice, in fabulosa Herculis Cervū aripede, auro
cornu-

*cornutâ, Mænala Abylamq; oberrante; cui alas affingit
subscribens Epigraphen.*

Non tardat in ardua gressus, æris onus.

Fallor? in elatas fertur per Mænala cautes,

Carpit an aëreas Dædala Cerva vias?

It levis & facili diffindit nubila gressu,

Nec struit æripedi terra vel unda moras.

Non capitur terræ, patulo nec limite ponti,

Et moles Orbis meta pusilla foret.

Castra super, super alta salit levè pergama Trojæ,

Æquora calcatis Urbibus arcta premit.

Imbellis domitas sternit sine cede phalangas;

Pellicit & famulum colla subire jugum.

Pervia cuncta, procul licet acto Marte patescunt,

Sola colit fasces, atria, sceptræ, thronos.

Felicem dextram, si quâ Rex munera fundat,

Pactoliq; Iros largius amne riget.

Sint taxi soboles, modò fasces irriget Hermus,

Laurus erunt Regum vertice, digna comis.

LEOPOLDO Munifico.

FRustrâ Gelonâ palma ferociâ,

Cytra Marso Laurus acinace.

Fasces Quirini, purpuræquæ

Threicio Getidum Phalangum

Queruntur æstu; ni popularium

Mavortialis pectora spiritus

Tagi tributo nundinetur

Munificus, facilisq; Princeps.

Cùi larga Regum prodigialior

Felice censu munera contulit

Fortuna, Pelleo procellas.

Imperiis cumulat Gradivo.

In bella surgit Munificentia.

Cadmea Messis; Nec pavet Attia

Satelles arma, liberali

Multa fluunt ubi dona dextrâ.

Sic erogato peccora Civium
Devincis auro, prælia sequano
Luidpolde misces, prosperoque
Ire jubes tibi fata cœlo.

Hucusq; tranquilla stetit literarij pul-

veris arena; Et stetisset etiamnum liti-
giosâ expers luctâ, Archiphilos nisi curiosâ cum
Phœante indagine litem movisset audaciūs:
Regem illa legendi ratio servanda, ut Majestate,
generi, ita ac Majorum illustriori sangvinis præ-
rogativâ cæteris supparem, nulli secundū. Ra-
puerat, altiusq; auscultantis Pronææ in animū
arguta quærentis descenderat quæstio. Cui Di-
va cum stagyrite Philosopho.

Splendor, ac Majestas singularis Reipubl: accedit,
*cum ad gubernacula Nobiles sedent, in quibus singula-
ris virtus, ac generis splendor lucet. Aristot:*

Polit: Lib. 3. Cap. 8.

Ars Virtutis est splendor prosapiæ.
Vel quia supra vulgi fortem positus il-
lustris sangvis,

In glorioſa Heroū facinora nativo rapi-
tur impetu; publico datus emolumēto.
Vel quia natura Virtutis decempeda avitos ingerit

stimulos meritorum.

A Bellerophonte exanimantur Chimærae.

Ab Alcide Antæ monstroſa terræ pignora.

Nec nisi Atlantis humeris incubat Cœli moles.

Solis æmulus nobilis animus, Dijs semper vicinus
ambulat;

Humilem vulgi designatus semitam, in quam non
fertur nisi virtute.

Illustrior profapia ipso ab ortu munijs Majorū habi-
Imperitare didicit non subesse. (lis,

Est illis hoc , quod fontibus commune, progressu ori-
ginem sapiunt.

Majorum herois autis nobilitati posteri,
Regnis efformantur & Imperijs Orbis Monarchæ.
Quæ etiamnum expendimus, Principum munia,
Generis prosapiâ hæreditario jure cum sangvine
communicat.

Rarus nempe manucodiatus, imbellis ab aquila colû-
Nec procreat pigmæos Enceladus. (ba.

Fortes hæscuntur fortibus.

Magni natalium splendore magnis avis.

Monstrum videri potest suo discolor fonti unda;
Scaturigo illimis , vitiosior aquæ progenies; Abavi
illusterrimi obscurus nepos.

Nec quidquam indignius Orbis aspicit, quam avo-
rum gloriam in Nepotibus Eclypsatam.

Prosapiæ dignitas, sui venerationem imperat, Comi-
Publicæ utilitatis; (tatu

Dum majorum nomen obscurare metuit, nihil il-
laudabile agit.

A vita parentum Virtus , prima serit in Nepotibus se-
Heroæ actionis rudimenta. (mina,

Si pars perfectionis indeptæ potior est, nosse quo in-
cedas tramite;

Nobilium prærogativa est, cùm primùm nati , in he-
roum reponi semitam.

Nobile germen ignito spiritu erumpit in florem,
Et jucundâ fructuū ubertate maturo præludit autūno.
Vilis planta , frequens nisi accedat excoletis indu-
stria, vix eluctatur. (spiritus;

Generoso in sangvine , generosus bullit in facinora
Qui plerūq; matusos in ætatis flore circūsift mores.
Prævertit annorum moras natura , in acerba ætate
agendi ratio,

Canos cunæ, aurora Phosphorum.
Peritus in heroū arena stadiodrom⁹ dierū sterilitatē,

Über-

Uberrimâ recte factorum fæcunditate compensat.
Et verò vel ipsa prosapia illustrem sangvinem Maje-
stati deberi persvadet;

Quē ipsa nascenti conditio publica ad munia evocat.
Suum sit ad imperia Medis robur corporis suffragiū.
Romulo certò illustrior Patrum prosapia Dietæta est.
Sine publicis munijs obnubitur nativus splendor.

Sublimes spiritus sola pascit dignitatis fama.

Illustrum sangvinem spectant purpuratorum subsel-
lia Curiarum fæces,

Imperatorum sceptræ,

Nec alio in centro quietè noscunt, quā in sinu, nobili.
Humili manu tētatus nodus Gordi⁹ Regis cessit aci-
Claro népe sangvini cœsetur publicus honor; (naci.

Qui solū nepotes gignit Porphirianos.

Et cometes nubes inambulat iſferito syderis nomi-
Natali quia solo oriundus ignobili. (ne;

Quæ diadema regium irradiat , è Cœli lacrymis nata
margaris est.

E rosis mel nobilis apicula, venenum fugit ignobilis
scarabæus.

Sororio vinculo planetarū Imperatori illigata Luna,
augustior cœlum inambulat.

Solas Nobilium cunas obſtetricix ambit gloria;

In hoc astrorum Principi simillima,
Quòd aliam ignoret ſemitam, quam Majorum signis
diſtinctam.

In lumen fertur, quidquid reliquias anteposuit natura.
Infame illuſtris ſepulchrum ſunt privatæ tenebræ.

Non ſplendet ſolum genus; ſine functione publica
obſcuratur.

Illuſtris indoles amat publicum, curiam frequentat,
Leges fancit, Politicæ commodis incubit.

Felicissimum Imperium Auguſtis incubat humeris.

Ad majora rerum magnitudine excitati ſpiritus,
Nequeunt non ſecuritate tueri felices, commodo eri-
gere infelices.

D 3

NUNC

(51) 200

NUNC EX PRIMIS INSTITUTI ONIS RUDIMENTIS SECUTURÆ ÆTA- TIS ARGUMENTA DESUMITE NEO-SOPHI.

Tanto judicio eligendus, qui instruat, quām sit
ipse Princeps diligendus. Æneas Sylvius.

Sungve leo vetus est sapientū
parcēmia.
Exploratus aquilinus pullus, genuinum
aquilæ genium aperit.

A nascentis fluvij scaturigine secuturæ
claritatis sumimus argumenta.
Elisi puerili dexterâ in cunis chelydri,
Herculem virtute fernideum præsignabant.
Capax jocularis Imperij in infante Cyro ingenium,
Persarum, Medorumq; Diademati præluisit.
Ut boni, sic mali eventus præfigiunt fasciæ.
Puerilis deliciantis in sangvine Neronis genius Ty-
rannum Imperatorem
Ominabatur.

Paternum in elingui Hannibale odiū in adulta ætate,
Ad aras testatum Romanis hostē peperit formidabilē.

Fructūs nimirum maturitas in flore legitur;
Annosa messis in tenero sēmine, vir in puerō.
Incitati ad magna animi ab ipso ortu currunt.
Obscuræ stirpis est sui expectationem facere.
Flamma gloriæ diu ambigens, raro emicat.

Annis, in herba marcescit germen.
Fastidit moras, qui meritis ætatem discriminat, non
temporum intervallis.

Diem mensuramus ab aurora, à Phosphoro solem,
canos à cunis.

Usque adeò verūm est progressus respondere initijs;
Et secundæ, primos annos præludere ætati.
Si proba desit institutio, pari intellectu nascimur,
Et denascimur.

Exerci-

(52) 200

Exercitijs spiritus eruditus, quos peperit melior ge-
neris conditio.

Non est sanguinis beneficium sapientia.
Nec avorū, nepotum in naturā transfunditur peritia.
Tenebriones sunt Majorum radijs illustres.
Vel Fabularum placitis damnamus corniculam, mu-
tuatis elatam coloribus.

Nativitati debet prosapiam nobilis, porteto sapientiæ
Aristoteles, Orbis Magistro Platoni Philosophus.

Magna magnis egent Magisterijs.
Solius Jovis à cerebro nascuntur Pallades.

Formantur à stagyræ Orbis domitores.
Culturâ nempe, à plebe discernitur Nobilis.
Privatis prius ædilis sub manibus sudat in charta,
In publicam aulæ molem ducenta fabrica.
Inter privatas luctas ad sceptrâ adolescit Romulus;
Et Alexander formatoris Philosophi disciplinæ de-
cennio paruit,

Ut conceptum in pectore semen pullularet uberiū in
victoriarum messem.

Actio omnis instituēda est non ad mediocre natæ in-
Olim Orbis & Urbis Ectypō, seu togâ, seu fago. (dolis,
Naturæ vinculo Mars illigatur Imperio;
Aut raro, aut nunquam unum sine altero repereris.

Unâ sceptrum, ac gladius rotatur manu.
Ejusdem lateris appendix purpura ac ferrum est.
Tutissimum est ad palmas iter, per tritos artis calles.
Ut hostem teneat, bello præludat; in otio, vacet agen-
dis in publico.

Sol nubibus se condit, ut prodeat augustior;
Occidit alternatus cum occasu ortum.
Pugil privato, decertat prælio, in arena futurus victor
Pancratiafestes.

Institutiq; felicitatis seu armorum, seu honoris po-
nit rudimenta.

Scintilla est teneris annis illapsa;

Magnū

Magnū olim seu mali, seu boni ruptura in incendiū,
Arcta in conch. Regū diademat. adaptatur Margaris.
Inter montīs recessus ad valorē excoquitur aurum.

Et latebris scilicet suis est splendor,

Sua exercitanti felicitas.

Facile in declive abripitur generosi sanguinis anim⁹,
Nisi illustrioribus attemperetur actionibus.

Rudis solaris viæ dum Phaëton exerrat, universo ex-
cidium intentat.

Et imperitus seu Martis, seu artis Princeps,

Ambigua est salus Reipublicæ.

Amplior quidem est regiarum virtutum seges,
quam ut his paucorum foliorum angustis te-
nui velut nucis cortice stringeremus illiadem.
Vivo in compendio in Mariano Rege LEO-
POLDO maxima virtutum nomina felicior atas no-
stra collegit, illa legite. Que si conatu impari affectu
certè maximo triumphabundis sub sapientia Laurea,
tributariū in glorie vestre Censum, nostra corse cravie
humanitas. Accipite igitur, & eo, quo soletis tenue hoc
obsequium affectu pensate, ac Valete.

NOMINA OFFERENTIUM.

FRANCISCUS SCHLOSPERG,	JOANNES ABRAMFFY, NO-
Nob. Ungar. de Berencz.	bil. Slav ⁹ , è Cōvičt. nob.

STEPHANUS RAVASZ, NO-	EMERICUS Appony, Nob.
bil. Ung. de Nagy Ecs, è	Ungarus, de eadem.
Convictu Nobilium.	STEPHANUS SPACZAY, NO-

ANDREAS MADOCSSANY,	bil. Ung. de eadem.
Nob. Ung. de Horocz, è	GEORGIUS RAYMANUS,
Convictu Nobilium.	Nobil. Ungar. de Kis Be-

JOANNES MEDNYANSZKY,	rocz, è Convict Nobil.
Nob. Ung. de Medgyes,	FRANCISCUS KÜRTÓSY,
è Convictu Nobilium.	Nob. Ung. de Korompa,

FRANCISCUS MEDNYANSZ-	è Convictu Nobilium.
KY, Nob. Ung. de Med-	ADAMUS DERSFFY, Nebi-
gyes, è Convict Nobil.	lis Ungarus.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

482(53)290
Magnū olim seu mali, seu boni ruptura in incendiu.
Arcta in conch. Regū diademat. adaptatur Margaris.
Inter montiū recessus ad valorē excoquitur aurum.

Et latebris scilicet suus est splendor,
Sua exercitanti felicitas.

Facilē in declive abripitur generosi sanguinis anim⁹,
Nisi illustrioribus attemperetur actionibus.

Rudis solaris viæ dum Phaeton exerrat, universo ex-
cidium intentat.

Et imperitus seu Martis, seu artis Princeps,
Ambigua est falso Reipublicæ.

AMplior quidem est regiarum virtutum seges,
quād ut his paucorum foliorum anguitiis te-
nui velut nucus cortice stringeremus illadēm.
Vivo in compendio in Mariano Rege LEO-
POLDO maxima virtutum nomina felicior atas no-
stra collegit, illa legite. Quæ si conatu impari affectu
certè maximo triumphabundis sub sapientia Laurea,
tributariū in gloria vestra Censum, nostra corsecuravit
humanitas. Accipite igitur, & eo, quo soletis tenue hoc
obsequium affectu penfate, ac Valete.

NOMINA OFFERENTIUM.

FRANCISCUS SCHLOSPERG,	JOANNES ABRAMFFY, No- bil. Slav ⁹ , è Cövičt. nob.
Nob. Ungar. de Berencz.	EMERICUS Appony, Nob. Ungarus, de eadem.
STEPHANUS RAVASZ, No- bil. Ung. de Nagy Ecs, c Convictu Nobilium.	STEPHANUS SPACZAY, No- bil. Ung. de eadem.
ANDREAS MADÓCSANY,	GEORGIUS RAYMANUS, Nobil. Ungar. de Kis Be- rocz, è Convict. Nobil.
Nob. Ung. de Horocz, è Convictu Nobilium.	FRANCISCUS KÜRTÖSY, Nob. Ung. de Korompa, è Convictu Nobilium.
JOANNES MEDNYANSZKY,	ADAMUS DERSFFY, Nobi- lis Ungarus.
Nob. Ung. de Medgyes, è Convictu Nobilium.	(*) (*) (*)
FRANCISCUS MEDNYANSZ- KY, Nob. Ung. de Med- gyes, è Convict. Nobil.	

